



N. V. Constantino Hugenio
equiti eto. S. P.

4

Vir Nobilissime

Número septenario mysticum quod inesse curiosa dictabit au-
liquitas. Quantum vero hic fati imperium sit, illorum indagari
permitto, quos magis expositos Hetrusca disciplina dimittit. Mi-
hi saltem septennium abrumpit scholasticae vitae tenorem, aut
ut planius me explicem, neglectae hactenus Jurisprudentiae
studys libertas nascitur, post excussa Orbiliam carceris vincu-
la. Non patiebatur animus grammatici pulveris tedio mergi,
si quid residui spiritus altius me propellebat. Evaluit in hoc
plurimum sterilis spes mutanda in lautiores conditionis, quae
lenissimo lucro alebat indefessos labores, privatae diligentiae
per tot ineptiarum agmina inimicos. Ad forum ergo transiimus,
sed in praxeos exercenda fulera renovato Theoria Commer-
cio. Neque me latet quantum temporis et crumena impendio cer-
tandum sit cum frequenti patrocinantium grege, priusquam
dignos Aethae Togae fructus gustare liceat. Luctabimur ta-
men Deo auspice, et domesticam lenitatem armare conabi-
mur in labores proficiuos; mihi coopta desitiat veteranorum
in ista militia fabor, quorum nonnullos forte amicos Haga
dabit. Te a litigiosis fori querehæ remotum compello, ut, si
quid interim excidat occasio, quod Gruteri rivalitatem non
aberfetur, commendationis tuae robore sustentet inbalidos
conatus. Speciosius longe ambitum adornare poterit, qui
Jurisprudentiae studiosi titulo operam venditat, quam qui ma-
gistelli nota inibus obambulat. Ita subsidiary diverticuli in-
gressum tentabimus, si a scopo aberrat destinata gravioribus
diligentia. Vale vir Nobiliss. et si quid obscurius literulae
evolvent, dilucidabit brevi (fabente Deo) coram loquentis
oratio. Ouddeburgi Zelandiae, unde in Hollandiam iter medi-
tamur. Postidie Idus Januarij MDCCXXI qui ut feliciter
bis alibus saepe recurrat vobemus.

Jaacus Gruterus

9.2

my's L'eer

Constantijn Huygens R'eer
 secretaris van sijn R'ad
 van Oranien. in sijn Prin

Syrabongage

